

168

NENIÆ JANUARIÆ

IN EXITVM:

VIRI

EXIMIÆ INTEGRITATIS JUXTA
AC ERUDITIONIS

DN. GALLI

Surst/

GNESNENSIS HVNGARI

AD D. MARIÆ ET S. GEORGII
APVD THORVNENSES

PHONASCI LONGE PRÆSTANTISSIMI

IPSIS CALENDIS JANVARIIS AN. M. DCCII.

POSTQVAM INTEGRVM SEMESTRE

CVM MORBI LANGVORE CONFLICTATVS ESSET

PLACIDA MORTE EXINCTI

AC COELESTI MVSICES CHORO ADSCRIPTI

ÆTATIS SVÆ LIV.

CONTESTANDI AFFECTVS GRATIA

DECANTATÆ

FAVTORIBVS ET AMICIS.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA THORVNIENSI

*

Zu rechter Zeit sterben

ist eine verborgene Wolthat **GOttes**.
Fragstu / mein Leser / wie solches zu verstehen sey?
Leben und Sterben stehe ja nicht in unserer Gewalt?
Christen gebühre auch nicht

Den Sterbens-Termin vorzuschreiben / sondern zu erwarten.
Wisse:

Zu rechter Zeit sterben / heist / alsdenn in Gott Abschied nehmen /
wenn das Glück mit uns zu wancken beginnet.
Lieber! Was hilft es / das Mosaische Lebens-Ziel erreichen /
und dabey am Unvermögen reich / an verdienten Ehren arm / werden?
Diss ist doch Leider! der meisten Sterblichen Schicksal /
Dass / je mehr ihre Jahre steigen / je mehr ihre *æstim* herunter sincket.
Die Welt betet lieber die auf- als unter- gehende Sonne an.
Wen demnach der Himmel zu sich fordert / ehe die Welt ihn *fallit* machet /
Der hat von grossem Glück zu sagen.

Es ist nicht mehr gut /
wenn Elisäus seine *Autorität* gegen die Bethels-Kinder mit einem Fluch
erhärten muß.

Derogleichen Sterbens-*Fatum* aber ist nun dem Seeligen **CANTORI** begegnet.
Er ist gewiß zu rechter Zeit verschieden.

Er war schon von geraumer Zeit her nicht mehr derjenige / der Er vorhin war.
Seine übermachte Unpäßlichkeit
machte den Leib zu der Seelen / die Seele zu des Amtes / Verrichtungen
ziemlich untüchtig.

Die Welt /
Die nunmehr fast kein Mitleiden mehr *statuirt* /
fieng auch bereits an / ihr Unvergütigen darüber zu bezeigen /
Das ist / die ehmaligen Kirch- und Schul-Dienste zu vergessen /
und hingegen die Krankheit vor einen Fehler zu halten.
Ob nun wol sonst ein langes Leben vor ein Kennzeichen Göttlicher Gnade
zu halten /

Doch wolle die betrübte Frau *Wittib* disfalls den lieben Gott walten lassen.
Dem Seeligen ist sehr sehr wol geschehen.

Sterben / ehe dann unser saur-erworbener Ehren-Nahme stirbet /

Das heist / zu rechter Zeit sterben :
Sterben / wenn es Zeit ist / heist nicht so wol / sterben /
als vielmehr der Sterblichkeit entfliehen /
und im Himmel würcklich erfahren / daß Sterben unser Gewinn sey.

* * *

Dieses wolte dem Seeligen **CANTORI** zum Andencken aufsetzen

M. George Wende.

Q Vando alius moritur, Cantor cantare putatur,
Est mihi mors lucrum, miqve nocere neqvit.
Cum vero Cantor moritur, Templumqve Scholæqve
Ingeminant: mihi mors noxa dolenda fiet!

Sar-

Sarmaticos hymnos cecinit quia Voce sonora,
Angelicum cantat nunc super Astra melos.

Festinate calamo, ægritudineq, inundato deprop.
M. MARTINUS Böhmi.

SUPER OBITUM CANTORIS POLONICI.

Hermogenes olim, Amphion, Sirenes, & Orpheus,
Dicuntur dulces voce vibraffe modos.
GALLVS erat **NOSTER** Cantor bonus; Ipse sed arne
Tempus lethifera tabe necatur, obit.
Sed tamen in **CHRISTO** moritur, nunc ergo locatus
In Cœlis cantat mellea metra **DE O.**

Civi olim & amico suo lenta tabe vita functo maestus sec.
PAVLVS PATER.

HÆc vita tota mortis est præludium.
Dum nascimur, parata nobis est via
Ad mortuorum regna. Nulli vivere
Datur, nisi hac cum lege, rursus ut migret
Hoc ex theatro vitæ humanæ, cum **DEVS**
Vitæ auctor ire jusserit per nuncios
Mortis, dolores, scilicet, gravissimos.
Res mira! Mortem vellicans infert dolor:
Mors â dolore liberat medentium
Absente curâ, & reddit ægro corpori
Tandem quietem in sempiterna secula.
Accepit hos **CANTOR** beatus nuncios
Multis ab hinc diebus. Ejus vita erat
Dolor laborqve: liberatus nunc ab his
Adfamie aspectuqve mulcetur **DEI**;
Olympicæqve Musices junctus choro
Canit melodias & audit entheas.
Et triste funus huic perenne fœnus est.

Lmç, scr.
M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
Prof. Publ. & Vifit.

DE-

DEFUNCTUS AD MORTALES.

Hospes eram mundi, circumdatus undiqve telis
Eumenidum pariter tristitiæqve metu ;
Ast ego jam Stygiis ereptus fluctibus orbem
Deserui, lætus cœlica regna tenens.
Deliciis fruor æternis: nunc oscula JESV
Dulcia figo meo cordaqve cingo manu.
JESV vulneribus fatior, mea lumina JESVM
Perpetuo spectant osqve celebrat EVM.
Vos modo, Mortales reliqui, desistite Mundi
Deliciis, pereunt, exitiumqve parant.
Ast pia vita DEO placet: hinc Victoria læta
Mox dabitur Vobis & sine fine salus!

GEORGIUS LEHMANNVS, Gymn. Goll.

Hoc anno nobis en prospera quæqvè precari
Cœpimus & cunctis vota benigna dare;
Cur & non GALLO defuncto vota daremus,
Qvi mortem superans cœlica cuncta petit.

Hac apposuit

GOTHOFREDUS LANGNERUS, Cantor.

Sic Tu nunc cœlo frueris, doctissime FÜRSTI,
Teqve DEI æterna pace serenat amor.
E Mundo immundo pia *Mundi* in regna receptus
Cœlituum cœli plaudis adesse choro.
Solvisti pensum, dederant quod fata DEVSqve,
Nec licuit fixum transfiliisse diem.
Quod mortale fuit prius & violabile corpus,
Nunc quàm cuncta poli clarius astra micat.

Memoria ergo deproperabat

CHRISTOPHORUS WOYT, Gymn. Coll.

Qui moritur, quando funduntur vota precesqve,
Annus quando novus, vita recensqve venit;
Non malè, sed sancto mundatus sanguine Christi
Defunctus summi pergat ad astra poli.

Amicitia & honoris ergo pos.

JOSUA GALLASIUS, Gymn. Collega.

